centem E, in tria loculamenta divisum F, seminibusque fœtum subrotundis G.

Bermudianæ species sunt

Bermudiana Iridis folio fibrosâ radice. *Iris Phalangoides, Bermudiana, flore parvo, ex cæruleo & aureo versicolore Pluk. Almag. Bot. Sisyrinchium Bermudense, floribus parvis ex cæruleo & aureo mixtis. Iris Phalangoides quorumdam Ejusd. Phytog. Tab. 61. fig. 2.*

Bermudiana Palmæ folio, radice bulbosâ D. Lign. *Sisyrinchium Americanum, radice Phœniceâ, foliis plicatis & nervosis, flore albo H. R. Monsp.*

Bermudiana, ab Insulis Bermudis, ex quibus semen primæ speciei primùm allatum fuit.

CLASSIS X.

DE

HERBIS ET SUFFRUTICIBUS,

Flore polypetalo, papilionaceo.

Hist. lib. 2. cap 162. Tab. 109.

FLOREM leguminosum à Papilionis formâ PAPILIONACEUM appellavit Cordus. Flos autem Papilionaceus A, quatuor petalis dissimilibus componitur, ex calyce unifolio B, K, cavo, cucullum papyraceum ferente & multifido, simul cum pistillo C L, exurgentibus. Petalum superius D, quòd signi cujusdam militaris adinstar explicetur, VEXILLUM audit; inferius E, H, cymbæ modo concavum, CARINA; quæ verò medium locum occupant F, ALÆ solent appellari, ad exortum auritæ G, perinde ac carina I, quæ plerumque in duas partes per longitudinem dehiscit: unde flos leguminosus propriè loquendo pentapetalos anomalos dicendus est. Huic flori proprium est ut pistillum ejus L, excipiatur à vaginâ quâdam M, fimbriatâ, seu potiùs in stamina divisâ N, & deinde abeat in fructum qui siliqua vocatur (Gallis *Gousse.*)

Siliqua vel unicapsularis est, vel bicapsularis, vel articulosa. Unicapsularis O, in duas valvas (quas Galli appellant *Cosses*) dehiscere solet, & semina complecti reniformia 11, cylindracea 9, sphæricâ 10, plana, rhomboidea aut quadrangula, introrsum emarginata 8, vel alterius formæ. His alimentum subministratur à vasis V, per longitudinem partis crassioris siliquæ protensis, quorum ramuli T, in placentam S, influunt tenero fructui adhærescentem.

Siliqua bicapsularis X, in seipsam introrsum revolvitur, ac in duo loculamenta 12, dividitur seminibus fœta 4.

Demum ſiliqua articuloſa Z, ex pluribus partibus 5 conſtat articulatione quâdam conjunctis, quæ ſingulæ 6 ſemine turgeſcunt 7. Loti ſiliquæ articulatione carent, ſed lamellis quibuſdam ut plurimùm intercipiuntur & in loculos diſtinguntur. *Tab.* 217.

SECTIO I.

De Herbis flore Papilionaceo, cujus piſtillum abit in ſiliquam unicapſularem & brevem.

GENUS I.

Glycyrrhiza. *Regliſſe.*

GLYCYRRHIZA eſt plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, ſurgit piſtillum C, quod deinde abit in ſiliquam D, brevem, ſeminibus fœtam E, ut plurimùm reniformibus F. His notis addenda ſunt folia bina, conjugata, coſtæ adhærentia, cui ſummæ folium impar innaſcitur. *Tab.* 210.

Glycyrrhizæ ſpecies ſunt

Glycyrrhiza capite echinato C. B. Pin. 352. *Glycyrrhiza Dioſcoridis echinata, non repens J. B.* 2. 327. *Glycyrrhiza vera Dioſcoridis Dod. Pempt.* 341.

Glycyrrhiza ſiliquoſa vel Germanica C. B. Pin. 352. *Glycyrrhiza radice repente, vulgaris, Germanica J. B.* 23. 28. *Glycyrrhiza vulgaris Dod. Pempt.* 341. *Regliſſe ordinaire.*

Glycyrrhiza, à vocibus Græcis γλυκὺς *dulcis*, & ῥίζα *radix*, quaſi diceretur Radix dulcis.

GENUS II.

Cicer. *Pois chiche.*

CICER eſt plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, ſurgit piſtillum C, quod deinde abit in ſiliquam D, brevem, veſicæ inflatæ æmulam, ſeminibuſque fœtam E, caput Arietinum F, quodammodo referentibus. *Tab.* 210.

Ciceris ſpecies ſunt

Cicer ſativum, flore candido C. B. Pin. 347. *Cicer Arietinum J. B.* 2. 292. *Dod. Pempt.* 525.

Cicer ſativum, flore ex purpurâ rubeſcente, ſemine rubro C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum, ſemine rufo C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum, ſemine ex ſaturo rubente C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum, ſemine nigro C. B. Pin. 347. *Cicer Arietinum, fructu nigro Mor. H. R. Bleſ.*

GENUS III.

Lens. *Lentille.*

Tab. 110. LENS est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce K, surgit pistillum B, quod deinde abit in siliquam C, brevem, seminibus fœtam D, orbiculatis E, utrinque convexis, hoc est ad centrum crassioribus quàm ad marginem.

Lentis species sunt

Lens vulgaris, semine subrufo C. B. Pin. 346. *Lens J. B.* 2. 317. *Lens minor Dod. Pempt.* 526.

Lens vulgaris, semine ex luteo pallido C. B. Pin. 346.

Lens vulgaris, semine nigricante C. B. Pin. 346.

Lens maculata Park.

Lens major C. B. Pin. 346. *J. B.* 2. 317. *Lens Dod. Pempt.* 526.

Lens Hungarica, major, perennis Hort. Leyd. Raii Hist. 905.

Lens monanthos H. L. Bat.

GENUS IV.

Onobrychis. *Sain-foin.*

ONOBRYCHIS est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce C, surgit pistillum B, quod deinde abit in siliquam D E, veluti cristatam, quandoque echinatam, semine fœtam F, reniformi G. His addendum est flores in spicam densam nasci.

Onobrychidis species sunt

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus dilutè rubentibus C. B. Pin. 350. *Polygalon Gesneri J. B.* 2. 335. *Onobrychis Dod. Pempt.* 548.

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus eleganter rubentibus C. B. Pin. 350.

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus albis C. B. Pin. 350.

Onobrychis saxatilis, foliis Viciæ angustioribus & longioribus, Aquisextiensis.

Onobrychis fructu echinato, minor C. B. Pin. 350. *Caput Gallinaceum, minus C. B. Prodr.* 149.

Onobrychis seu Caput Gallinaceum, minus, fructu maximo, insigniter echinato Lælii Triumf. apud fratrem 65.

Ab eo genere excludendæ sunt plantæ sequentes. *Onobrychis semine clypeato, aspero, major C. B. Pin.* 350. *Onobrychis semine clypeato, aspero, minor C. B. Pin.* 350. *Onobrychis semine clypeato, lævi C. B. Pin.* 350. *quæ ad Hedysarum revocari debent. Onobrychis incana, foliis longioribus C. B. Pin.* 350. *ad Astragalum referenda, &c.*

Onobrychis à vocibus Græcis ὄνος *asinus*, & βρύχω *rudo*; quod eâ depastâ Asini rudere soleant.

GENUS V.

Vulneraria. *Vulneraire.*

VULNERARIA est plantæ genus, flore A, liliaceo, ex cujus calyce B, tubulato, turgidulo, surgit pistillum C, quod deinde in abit siliquam E, brevem semine fœtam G, subrotundo F. His addendum est siliquam E, in vesica membranacea D, quæ calyx floris fuit, recondi. Tab. 212.

Vulnerariæ species sunt

Vulneraria rustica J. B. 2. 362. *Loto affinis, vulneraria pratensis C. B. Pin.* 332. *Anthyllis Lenti similis Dod. Pempt.* 552.

Vulneraria rustica, flore albo. *Lagopodium flore albo Tabern. Icon.* 524.

Vulneraria flore purpurascente. *An Lotus latifolia Dalechampii Lugd.* 509?

Vulneraria pentaphyllos. *Lotus pentaphyllos, vesicaria C. B. Pin.* 322. *Trifolium halicacabum, sive vesicarium J. B.* 2. 361. *Trifolium halicacabum Cam. Hort. Icon: xlvij.*

Vulneraria, à sanandorum vulnerum facultate, quâ pollere existimatur.

GENUS VI.

Dorycnium.

DORYCNIUM est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, brevem, semine fœtam E, subrotundo F. His addenda sunt folia G, ad exortum usque multifida. Tab. 221.

Dorycnii species sunt

Dorycnium Monspeliensium Lob. Icon. 51. *Trifolium album, angustifolium floribus velut in capitulum congestis C. B. Pin.* 329. *Dorycnium Monspessulanum, fruticosum J. B.* 2. 388.

Dorycnium majus. *Dorycnio Hispanico affinis, alia planta Lob. Illustr.* 159.

SECTIO II.

De Herbis, flore Papilionaceo, cujus pistillum abit in siliquam unicapsularem, longam.

GENUS II.

Faba. *Féve.*

FABA est plantæ genus, flore A, papilionaceo, vexillo nempe B, alis C, & carinâ D, constante. Ex calyce autem E, surgit pistillum F, quod deinde abit in siliquam G, longam, seminibus fœtam H I, planis & quasi reniformibus K. His notis addendi sunt stipites firmi, tum & folia bina, veluti conjugata, costæ innascentia in mucronem abeunti. Tab. 222.

Fabæ species sunt

Faba flore candido, lituris nigris conspicuo C. B. Pin. 338. *Faba Cyamos*

J. B. 2. 278. *Faba major recentiorum Lob. Icon.* 57.
Faba flore ex purpurâ nigrescente C. B. Pin. 338.
Faba lobo longissimo ac crassissimo, semine medio extuberante H. Cathol.
Faba lobo & semine medio, plano, arctè colligato, utrinque frontato H. Cathol.
Faba brevissimo lobo, amplissimo & crassissimo semine H. Cathol.
Faba rotunda, oblonga seu Cylindracea, minor, seu Equina, alba Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 85. *Faba minor sive Equina C. B. Pin.* 338.
Faba rotunda, oblonga seu Cylindracea, minor, seu Equina, nigra Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 85. *Faba minor, fructu nigro C. B. Pin.* 338.
Faba rotunda, oblonga seu Cylindracea, minima pluribus, quinis, senis siliquis uno pediculo exortis seu Hattoniana Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 86.
Faba, à voce Græca φάγω *edo*: fructus enim edulis est.

GENUS II.

Lupinus. *Lupin.*

Tab. 213. LUPINUS est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D F, seminibus fœtam E H, nunc planis L, nunc sphæricis I. His notis addenda sunt folia flabelliformia K G, seu digitatim pediculo innascentia.

Lupini species sunt

Lupinus sativus, flore albo C. B. Pin. 347. *Lupinus vulgaris, semine & flore albo, sativus J. B.* 2. 388. *Lupinus sativus Dod. Pempt.* 529.
Lupinus peregrinus, major vel villosus, cæruleus; major C. B. Pin. 348. *Lupinus cæruleus, major, villosus Prodr.* 148. *Lupinus exoticus, hirsutissimus J. B.* 2. 289. *Lupinus Indicus. Corn.* 207.
Lupinus flore purpurascente, latifolius, hirsutus seu sylvestris Discoridis C. B. in Matth. emac. 345.
Lupinus sylvestris, latifolius, flore albo, sativum in omnibus æmulans, edulis H. Cathol.
Lupinus latifolius, humilis, hirsutus, flore albo H. Cathol.
Lupinus Americanus, arborescens, triphyllus, flore albo, fructu variegato Plum.
Lupinus obsoleto colore, Lusitanicus, latifolius.
Lupinus peregrinus, major, flore incarnato H. L. Bat.
Lupinus sylvestris, purpureo flore, semine rotundo, vario, majore Bot. Monsp. App. *Lupinus sylvestris, purpureo flore, semine rotundo, vario J. B.* 2. 290. *Lupinus sylvestris, flore cæruleo C. B. Pin.* 348. *Lupinus minor Tabern. Icon.* 494.
Lupinus sylvestris, purpureo flore, semine rotundo, vario, minore Bot. Monsp. App.
Lupinus sylvestris flore subrubente C. B. Pin. 348.
Lupinus sylvestris, flore roseo colore rufescente C. B. Pin. 348.
Lupinus angustifolius, cæruleus, elatior Raii Hist. 908. *An Lupinus minor, cæruleus,*

cæruleus, *Tingitanus Mor. Hist. Oxon. Part.* 2.

Lupinus cæruleus, minor, Gadensis dictus Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 87.

Lupinus cæruleus, minor, perennis, Virginianus, repens Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 87.

Lupinus Indicus, minor H. R. Par.

Lupinus sylvestris, flore luteo C. B. Pin. 348. *Lupinus luteo flore, semine compresso, vario*, *J. B.* 2. 290. *Lupinus luteus Tabern. Icon.* 495.

GENUS III.

Orobus. *Orobe.*

OROBUS est plantæ genus, flore A, papilionaceo, vexillo nempe A, carina C, & alis B, constante: ex calyce autem K, surgit pistillum E, membrana D, obvolutum, quod deinde abit in siliquam F, teretem, seminibus fœtam G, plerumque ovatis H. His notis addenda sunt folia bina, conjugata, costæ innascentia in mucronem abeunti. *Tab. 214.*

Orobi species sunt

Orobus sylvaticus, purpureus, vernus C. B. Pin. 351. *Galega nemorensis, verna J. B.* 2. 343. *Orobus Pannonicus*, 1. *Clus. Hist. ccxxx.*

Orobus sylvaticus, pallido flore C. B. Pin. 351. *Galega montana Dalechampii J. B.* 2. 343. *Galega montana Lugd.* 1139. *Orobus Pannonicus*, *iv. Clus. Hist. ccxxxj.*

Orobus latifolius, parvo flore purpureo C. B. Pin. 351. *Galegæ nemorensi vernæ similis, multiflora, flore purpureo J. B.* 2. 345. *Orobus Venetus Clus. Hist. ccxxxij.*

Orobus latifolius, parvo flore, prorsus albo C. B. Pin. 351. *Galegæ nemorensi vernæ similis, multiflora, flore albo J. B.* 2. 345.

Orobus sylvestris, angustifolius, Asphodeli radice C. B. Pin. 351. *Orobus quorundam, radice bulbosâ, flore albo J. B.* 2. 326. *Orobus Pannonicus*, *iij. Clus. Hist. ccxxxj.*

Orobus sylvaticus, Viciæ foliis C. B. Pin. 352. *Astragalus major Fuchsio J. B.* 2. 334. *Orobus Pannonicus*, *ij. Clus. Hist. ccxxx.*

Orobus sylvaticus, Viciæ foliis, caulibus rubentibus H. L. Bat.

Orobus angustifolius, Italicus, flore vario. *Astragalus quibusdam*, *Aracho Tossani Caroli similis J. B.* 2. 326.

Orobus sylvaticus, foliis oblongis, glabris. *Astragalus sylvaticus, foliis oblongis, glabris C. B. Pin.* 351. *Astragaloides sive Astragalus sylvaticus*, *Astragalo magno Fuchsii vel Chamæbalano leguminosæ affinis planta J. B.* 2. 334. *Astragalus sylvaticus Thal. Tab.* 1.

Orobus sylvaticus, nostras Raii Synopf. 191.

Orobus Pyrenaicus, foliis nervosis.

Orobus Americanus, fructu coccineo, nigrâ maculâ notato. *Pisum Indicum, minus, coccineum C. B. Pin.* 343. *Phasiolus ruber*, *Abrus vocatus P. Alp. Ægypt.* 31.

Orobus, à vocibus Græcis ἐδέω *Edo*, & βοῦς *Bos*: Antiqui enim Orobis Boves saginare solebant.

GENUS IV.

Pisum. *Pois.*

Tab. 215. PISUM est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam longam D, seminibus fœtam E, subrotundis F. His notis addendi sunt caules fistulosi, ut plurimùm infirmi K, quos ita complectuntur folia G, ut ab iis transadigi videantur. Cætera autem folia I, bina, veluti conjugata costæ innascuntur in claviculas H, abeunti.

Pisi species sunt

Pisum majus, quadratum, fructu cinerei coloris C. B. Pin. 342. *Pisum quadratum Plinii Lob. Icon. 66.*

Pisum majus, quadratum, fructu candido C. B. Pin. 342.

Pisum majus, quadratum, fructu subflavo C. B. Pin. 342.

Pisum umbellatum C. B. Pin. 342. *Pisum erectius, comosum J. B. 2. 299. Pisum proliferum Tabern. Icon. 495. Pois à bouquets.*

Pisum hortense, majus, flore fructuque albo C. B. Pin. 342. *Pisum vulgatius, majus Lob. Icon. 65.*

Pisum hortense, majus, flore purpureo C. B. Pin. 342.

Pisum hortense, majus, flore fructuque variegato C. B. Pin. 342.

Pisum hortense, siliquâ maximâ H. R. Par.

Pisum maximum, fructu nigrâ lineâ maculato H. R. Par.

Pisum cortice eduli. *Pisa sine cortice duriore C. B. Pin. 343. Pisa leptoloba, quæ simul cum folliculis comeduntur Cam. Hort. Pisa sine tunicis durioribus, in siliquâ magnâ, albâ J. B. 2. 300. Pois-goulus.*

Pisum humile, caule firmo. *Pisa nana, rotunda, sine adminiculis, recta H. R. Par. Pisa nana, rotunda Mor. H. R. Bles. Pois-nains.*

Pisum folio anguloso. *Pisi pulchra species, folio anguloso B. J. 2. 297.*

Pisum siliquâ carnosâ, seu falcatâ, eduli Raii Hist. 891.

Pisum flore rubente striato, pro coccineo misso Raii Hist. 891.

Pisum arvense, fructu è luteo virente C. B. Pin. 342. *Pisum minus, è luteo virescens Lob. Icon. 66.*

Pisum arvense, fructu albo C. B. Pin. 343. *Pisa potissimum vulgaria, parva, alba sive arvensia J. B. 2. 297.*

Pisum arvense, fructu viridi C. B. Pin. 343. *Pisa parva, viridia J. B. 2. 298.*

Pisum arvense, fructu cinereo C. B. Pin. 343.

Pisum arvense, fructu cæruleo C. B. Pin. 343.

Pisum arvense, fructu nigro C. B. Pin. 343. *Pisum nigrum Tabern. Icon. 398.*

Pisum arvense, flore roseo, fructu variegato Raii Synopf. 186.

Pisum spontaneum, maritimum, Anglicum Park. Theat. 1060.

GENUS V.

Lathyrus. *Gesse.*

Tab. 216. & 217. LATHYRUS est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, sur-

git pistillum D, vaginâ membranaceâ C, obvolutum, quod deinde abit in siliquam nunc teretem E, nunc compressam H, seminibus fœtam F, I, modò cylindraceis G, modò angulatis K. His notis addendum est caules N, Lathyri compressos esse cum costa O, elata & margine foliato: Folia verò bina tantùm conjugata P Q, nervo R, innascentia in claviculas S, abeunti.

Lathyri species sunt

Lathyrus sativus, flore fructuque albo C. B. Pin. 343. *Lathyrus anguloso semine J. B. 2. 306. Lathyrus sive Cicercula Dod. Pempt. 522.*

Lathyrus sativus, flore purpureo C. B. Pin. 344. *Lathyrus flore rubro J. B. 2. 307. Aracus sive Cicera Dod. Pempt. 523.*

Lathyrus sylvestris major, C. B. Pin. 344. *Lathyri majoris species, flore rubente & albido minori dumetorum sive Germanicum J. B. 2. 302. Lathyrus sylvestris Dod. Pempt. 523.*

Lathyrus sylvestris, major, flore atro-purpureo.

Lathyrus latifolius C. B. Pin. 344. *Lathyrus major, latifolia, flore majore, purpureo, speciosior J. B. 2. 303. Lathyrus latiore folio Lob. Icon. 68.*

Lathyrus latifolius, flore albo.

Lathyrus major, Narbonensis, angustifolius J. B. 3. 304. *Lathyrus angustifolius, alter Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 51. Lathyrus sylvestris, alius, angustifolius Cam. Hort.*

Lathyrus angustifolius, semine maculoso C. B. Pin. 344. *Lathyrus quædam, quibusdam Ægyptia Aracus J. B. 2. 308. Cicercula Ægyptiaca Clus. Hist. ccxxxvj.*

Lathyrus Tingitanus, siliquis Orobi, flore amplo, ruberrimo Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 55.

Lathyrus angustissimo folio, Americanus, variegatus C. B. Pin. 344. *Lathyrus peregrinus, è cæruleo purpurascente flore & suaviter rubescens Eyst.*

Lathyrus arvensis, repens, tuberosus C. B. Pin. 344. *Chamæbalanus leguminosa J. B. 2. 324. Terræ glandes Dod. Pempt. 550.*

Lathyrus sylvestris, luteus, foliis Viciæ C. B. Pin. 344. *Lathyrus luteus, sylvestris, dumetorum J. B. 2. 304.*

Lathyrus annuus, flore cæruleo, Ochri siliquâ H. L. Bat.

Lathyrus Bœticus, flore luteo Park. Theat. 1064.

Lathyrus Hispanicus, flore luteo H. L. Bat.

Lathyrus luteus, latifolius Bot. Monsp. *Lathyri species lutea J. B. 2. 304.*

Lathyrus angustifolius, siliquâ hirsutâ C. B. Pin. 344. *Lathyrus siliquâ hirsutâ J. B. 2. 305.*

Lathyrus latifolius, annuus, siliquâ articulatâ, hirsutiore H. R. Par.

Lathyrus angustissimo folio, semine rotundo H. R. Par. *Lathyrus angustifolius, λεπτόλοβος, semine rotundo, flore rubello Mor. H. R. Bles.*

Lathyrus angustissimo folio, semine anguloso H. R. Par. *Lathyrus angustifolius, λεπτόλοβος, semine hexedro, flore cæruleo Mor. H. R. Bles.*

Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris J. B. 2. 308. *Lathyrus angustissimo sive capillaceo folio C. B. Prodr. 148.*

Lathyrus foliis Gramineis, floribus coccineis Raii Syllog. 160.

GENUS VI.

Clymenum.

Tab. 218. CLYMENUM est plantæ genus, floribus, fructibus, C, D, E, F, caulibusque Lathyri, foliis verò A, multiplici conjugatione costæ innascentibus in claviculas B, abeunti.

Clymeni species sunt

Clymenum Hispanicum, flore vario, siliquâ planâ. *Lathyrus Viciaoides, vexillo rubro, labialibus petalis rostrum ambientibus, cæruleis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 58.*

Clymenum Hispanicum, flore vario, siliquâ articulatâ. *Lathyrus Viciaoides, floris vexillo phœniceo, foliis labialibus, subalbescentibus, siliquis Orobi Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 55.*

Clymenum Parisiense, flore cæruleo. *Cicercula sylvestris Tabern. Icon. 500. Lathyrus Viciæformis seu Vicia Lathyroides, nostras Raii Hist. 899. Pluk. Phytog. Tab. 71. fig. 2.*

GENUS VII.

Ochrus.

Tab. 219. & 220. OCHRUS est plantæ genus, flore papilionaceo AB, ex cujus calyce D, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam E, ut plurimùm teretem & cylindraceam, seminibus fœtam F, subrotundis G. His notis addenda sunt folia K, modò simplicia, modò conjugata HI, in claviculas LM, abeuntia.

Ochri species sunt

Ochrus folio integro, capreolos emittente, semine subluteo C. B. Pin. 343. *Lathyri species, quæ Ervilia sylvestris Dodonæi J. B. 2. 305. Ervilia sylvestris Dod. Pempt. 522.*

Ochrus folio integro, capreolos emittente, semine pullo C. B. Pin. 343.

Ochus folio integro, capreolos emittente, semine atro C. B. Pin. 343.

Ochrus Americanus, tomentosus, floribus luteis Plum.

GENUS VIII.

Vicia. *Vesse.*

Tab. 221. VICIA est plantæ genus, flore A, papilionaceo: ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, seminibus fœtam EF, subrotundis G, aut angulatis. His notis addenda sunt folia H, bina, quasi conjugata, costæ innascentia in claviculas I, abeunti.

Viciæ species sunt

Vicia sativa, vulgaris, semine nigro C. B. Pin. 344. *Vicia vulgaris, sativa J. P. 2. 310. Vicia Cam. Epit. 320.*

Vicia ſativa, vulgaris, ſemine cinereo C. B. Pin. 344.

Vicia ſativa, alba C. B. Pin. 344. *Vicia albo ſemine J. B.* 2. 311. *Ervum candidum vel Faba veterum Trag.* 626.

Vicia maxima, dumetorum C. B. Pin. 345. *Vicia ſepium perennis J. B.* 2. 313. *Cracca major Tabern. Icon.* 506.

Vicia ſepium, folio rotundiore, acuto, ſemine nigro C. B. Pin. 345. *Vicia Dod. Pempt.* 531.

Vicia ſepium, folio rotundiore, acuto, ſemine maculato C. B. Pin. 345.

Vicia vulgaris, acutiore folio, ſemine parvo, nigro C. B. Pin. 345. *Vicia vulgaris, ſylveſtris, ſemine parvo & nigro, frugum J. B.* 2. 312. *Aphaca vera, Vicia Matthiolo Lugd.* 478.

Vicia multiflora C. B. Pin. 345. *Vicia multiflora, perennis, nemorenſis ſive dumetorum J. B.* 2. 314. *Aracus Tabern. Icon.* 506.

Vicia perennis, incana, multiflora Bot. Monſp.

Vicia perennis multiflora, majori flore cæruleo, ex albo mixto Bot. Monſp. App.

Vicia perennis, multiflora, incana, Inſularum Stœchadum. *Vicia Benghalenſis, hirſuta & incana, ſiliquis Piſi H. L. Bat.*

Vicia ſylveſtris, hirſuta, incana C. B. Pin. 345. *Vicia ſylveſtris, quaſi incana, flore albo J. B.* 2. 312. *Vicia ſylveſtris, albo flore Cluſ. Hiſt. ccxxxv.*

Vicia ſylveſtris, incana, major & præcox, Pariſienſis, flore ſuaveruhente.

Vicia folio ſubrotundo brevi, obtusè mucronato, pediculo brevi inſidente, flore Viciæ ſepium ſeu dumetorum vulgaris Raii Synopſ. 188.

Vicia ſegetum, cum ſiliquis plurimis, hirſutis C. B. Pin. 345. *Vicia parva ſive Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis J. B.* 2. 315. *Craccæ alterum genus Dod. Pempt.* 542.

Vicia ſegetum, ſingularibus ſiliquis glabris C. B. Pin. 345.

Vicia minima, cum ſiliquis glabris. *Viciæ ſive Craccæ minimæ ſpecies, cum ſiliquis glabris J. B.* 2. 315.

Vicia ſive Cracca foliis & ſiliquis longioribus Bot. Monſp. *Viciæ parvum genus, folio longo J. B.* 2. 316.

Vicia anguſtifolia, purpuro-violacea, ſiliquâ latâ glabrâ Bot. Monſp.

Vicia multifolia, cum ſiliquis latis J. B. 2. 314.

Vicia ſiliquas ſupra infraque terram edens. *Arachidna Viciæ ſimilis ſupra infraque terram, fructum edens C. B. Pin.* 345. *Arachidna aut potius Aracoides Honorii Belli J. B.* 2. 323. *Arachidna di Candia Pon. Bald. Ital.* 77.

Vicia minima, præcox, Pariſienſium H. R. Par. *Vicia minima, præcox, Solonienſis Joncq. Hort. Vicia præcox, verna, minima, Solonienſis, ſemine hexedro Mor. H. R. Bleſ.*

Vicia ſupina, latiſſimo folio non ſerrato. *Faba ſylveſtris, fructu rotundo, atro C. B. Pin.* 338. *Aracus Fabaceus & Faba Kairina, cui ſemina minora J. B.* 2. 286. *Sylveſtris Græcorum Faba Lob. Icon.* 58.

Vicia ſupina, latiſſimo folio, flore & fructu ferrugineis. *Faba ſylveſtris, Italica, flore & fructu ferrugineis H. R. Par.*

Vicia ſupina, latiſſimo folio ſerrato. *Aracus Fabaceus, ſerratus J. B.* 2. 287.

Vicia sylvatica, maxima, Piso sylvestri similis J. B. 2. 315. *Pisum sylvestre; minus Tabern. Icon.* 498.

Vicia sylvestris, lutea, siliquâ hirsutâ C. B. Pin. 345. *Vicia luteo flore, sylvestris J. B.* 2. 315.

Vicia serotina, perennis, flore luteo, siliquâ hirsutâ.

Vicia serotina, perennis, flore luteo, siliquâ glabrâ.

Vicia sylvestris, lutea, cum galea fusca J. B. 2. 314.

De Re Rustica. Lib. 1. cap. 31. Vicia *dicta à vinciendo* (ut ait Varro) *quòd item capreolos habet ut Vitis, quibus sursum vorsum serpit ad scapum Lupini aliumve calamum ad quem ut hæreat, eum solet vincire.*

Vicia flore fructuque carens facilè dignoscitur foliis binis quasi conjugatis seu per plures conjugationes costæ innascentibus in claviculas abeunti, caulibusque alatis nec compressis.

GENUS IX.

Ervum *Ers.*

Tab. 221. ERVUM est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, utrinque undulatam E, veluti nodosam, seminibus fœtam G, subrotundis F. His notis addenda sunt folia bina, quasi conjugata, costæ innascentia.

Ervi species sunt

Ervum verum Cam. Hort. *Orobus siliquis articulatis, semine majore C. B. Pin.* 346. *Orobus sive Ervum multis J. B.* 2. 321. *Mochus sive Cicer sativum Dod. Pempt.* 524.

Ervum verum, flore subpurpurascente. *Orobus siliquis articulatis, semine majore, flore subpurpurascente C. B. Pin.* 346.

Ervum semine minore. *Orobus semine minore C. B. Pin.* 346. *Orobus Creticus Lugd.* 469.

Ervum semine obtuso, triangulo. *Orobus semine obtuso, triangulo C. B. Pin.* 346. *Orobæum Cicer Lobelii J. B.* 2. 322. *Cicer Orobæum Theophrasti Lob. Icon.* 72.

GENUS X.

Galega.

Tab. 222. GALEGA est plantæ genus, flore papilionaceo A, vexillo nempe B, alis C, & carina D, constante: ex calyce autem F, surgit pistillum E, quod deinde abit in siliquam G, teretem & quasi cylindraceam, seminibus fœtam HI, ut plurimùm oblongis L, & veluti remiformibus. His notis addenda sunt folia bina M, conjugata, costæ N, affixa, cui summæ impar folium O, innascitur.

Galegæ species sunt

Galega vulgaris, floribus cæruleis C. B. Pin. 352. *Galega J. B.* 2. 342. *Dod. Pempt.* 548.

Galega vulgaris, floribus ex cæruleo purpureis C. B. Pin. 352.

Galega vulgaris, floribus penitus candicantibus C. B. Pin. 352.
Galega Africana, floribus majoribus & siliquis crassioribus.
Galega Americana, frutescens, flore purpureo, foliis sericeis Plum.

GENUS XI.

Astragaloides.

ASTRAGALOIDES est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, cymbæ ut ita dicam æmulam, seminibus fœtam E, reniformibus. *Tab. 223.*

Astragaloides speciem unicum novi.

Astragaloides Lusitanica. *Astragalus Bæticus Clus. Hist ccxxxiiij. Astragalus Bæticus, lanuginosus, radice amplissima C. B. Pin. 351. Astragalus fortè lanuginosus, Bæticus J. B. 2. 340.*

Astragaloides, quasi planta ad Astragalum accedens.

GENUS XII.

Aphaca.

APHACA est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce BD, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam E, seminibus fœtam FG, subrotundis H. His notis addendum est folia bina tantùm IK, ad caulium nodos nasci, ex quorum alis prodeunt claviculæ I. *Tab. 223.*

Aphacæ speciem unicam novi.

Aphaca Lob. Icon. 70. *Vicia lutea, foliis Convolvuli minoris C. B. Pin. 345. Vicia quæ Pitine Anguillaræ, latâ siliquâ, flore luteo J. B. 2. 316.*

SECTIO III.

De Herbis, flore papilionaceo, cujus pistillum abit in siliquam articulosam.

GENUS I.

Securidaca.

SECURIDACA est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, rectam, planam anulatam, articulosam, in singulis articulis E, semine fœtam F, rhomboideo G, introrsum emarginato. *Tab. 224.*

Securidacæ speciem unicam novi.

Securidaca lutea, major C. B. Pin. 348. *Securidaca flore luteo, siliquâ latâ, oblongâ J. B. 2. 345. Securidaca vera Clus. Hist. ccxxxvj.*

Securidaca, à *Securi*, ob seminis formam: nullius enim semen, inquit Clusius, aptiùs veterum securim meo judicio refert. *Hist. ccxxxvij.*

GENUS II.

Ornithopodium. *Pié-d'Oiseau.*

Tab. 224. ORNITHOPODIUM est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, H, falcatam, articulosam, plerumque undulatam, in singulis articulis E, F, I, K, semine fœtam H, L, subrotundo. His notis addendum est siliquas Ornithopodii plures simul nasci aviumque pedes quodammodo æmulari.

Ornithopodii species sunt

Ornithopodium majus C. B. Pin. 350. *Ornithopodium flore flavescente J. B.* 2. 350. *Ornithopodium Dod. Pempt.* 544.

Ornithopodium minus C. B. Pin. 350. *Perpusillum Ornithopodium Lob. Icon.* 82.

Ornithopodium radice tuberculis nodosâ C. B. Pin. 350. *Ornithopodium tuberosum Dalechampii Lugd.* 486. *J. B.* 2. 351.

Ornithopodium Scorpioides, siliquâ compressâ. *Ornithopodio affinis hirsuta Scorpioides C. B. Pin.* 350. *Scorpioides leguminosa J. B.* 2. 349. *Lob. Icon.* 83.

Ornithopodium Scorpioides, siliquâ non compressâ. *Scorpioides leguminosa, altera J. B.* 2. 350.

Ornithopodium Scorpioides, Lusitanicum, siliquâ undulatâ.

Ornithopodium Portulacæ folio. *Scorpioides Portulacæ folio C. B. Pin.* 387. *Telephium Dioscoridis seu Scorpioides ob siliquarum similitudinem C. B. Pin. ibid. Telephium Scorpioides J. B.* 2. 889. *Scorpioides Lob. Icon.* 391.

Ornithopodium à vocibus Græcis ὄρνις *Avis*, & ποῦς *Pes*, quasi diceretur *Pes Avis.*

GENUS III.

Ferrum Equinum. *Fer de Cheval.*

Tab. 225. FERRUM EQUINUM est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, G, K, compressam, articulis distinctam lunatis H, aut ferri Equini æmulis E, L, semine fœtis ejusdem formæ I, F, M.

Ferri Equini species sunt

Ferrum Equinum siliquâ singulari C. B. Pin. 349. *Solea Equina J. B.* 2. 347. *Ferrum Equinum, vulgare Col. Part.* 1. 300. *Ferrum Equinum Lob. Icon.* 82.

Ferrum Equinum siliquâ multiplici C. B. Pin. 349. *Ferrum Equinum, alterum πολυκιγατον Col. Part.* 1. 300.

Ferrum Equinum Germanicum, siliquis in summitate C. B. Pin. 349. *Ferrum Equinum capitatum Col. Part.* 1. 301. *Ornithopodio affinis sive potius Solea vel ferro Equino, herbæ J. B.* 2. 348.

Ferrum Equinum, à fructus formâ.

GENUS

GENUS IV.

Hedysarum.

HEDYSARUM est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam DH, articulosam, undulatam, semine fœtam in singulis articulis EKFL, ut plurimùm reniformi IG. His notis addendi sunt flores in spicam vel in capitulum collecti. Tab. 225.

Hedysari species sunt

Hedysarum clypeatum, flore suaviter rubente Eyst. *Onobrychis semine clypeato, aspero, major C. B. Pin.* 350. *Astragalus Romanus sive Hedysarum clypeatum, siliquâ asperâ J. B.* 2. 333. *Onobrychis altera Dod. Pempt.* 549.

Hedysarum clypeatum, flore albido. *Hedysarum clypeatum, flore albo Raii Syllog.* 140.

Hedysarum clypeatum, minus, flore purpureo Raii Hist. 929. *Onobrychis semine clypeato, aspero, minor C. B. Pin.* 350. *Onobrychis clypeata, aspera, minor Prodr.* 149. *Polygalo Gesneri affine, Caput Gallinaceum J. B.* 2. 330.

Hedysarum annuum, siliquâ asperâ, undulatâ, intortâ. *Onobrychis major, annua, siliculis articulatis, asperis, clypeatis, undulatim (id est antrorsum & retrorsum) junctis, flore purpuro-rubente Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 130.

Hedysarum Alpinum, siliquâ lævi, flore purpuro-cæruleo. *Onobrychis semine clypeato, lævi C. B. Pin.* 354. *Onobrychis clypeata, lævis C. B. Prodr.* 149.

Hedysarum Alpinum, siliquâ lævi, flore albido.

Hedysarum triphyllum, Canadense Corn. 44. *Onobrychis major, perennis, Canadensis, triphylla, siliculis articulatis, asperis triangularibus Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 130.

Hedysarum Indicum, folio singulari, acuminato. *Onobrychis Gangetica, monophyllos, siliculis singularibus, lævibus, falcatim per intermedia discriminatis Pluk. Phytog. Tab.* 50. *fig.* 3.

Hedysarum Indicum, folio singulari, subrotundo. *Scorpioides Bisnagarica, folio singulari, rigido, siliquis articulatis, erectis Pluk. Phytog. Tab.* 59. *fig.* 3.

Hedysarum minus, diphyllum, flore luteo Sloane Cat. Plant. Jam. 73. *Onobrychis Maderaspatana, diphyllos, siliculis asperis Pluk. Phytog. Tab.* 102. *fig.* 1.

Hedysarum triphyllum, fruticosum, flore purpureo, siliquâ variè distortâ Sloane Cat. Plant. Jam. 73.

Hedysarum triphyllum, fruticosum, minus Sloane Cat. Plant. Jam. 73.

Hedysarum triphyllum, fruticosum, supinum, flore purpureo Sloane Cat. Plant. Jam. 73.

Hedysarum Americanum, humi fusum, hispidum Plum.

Hedysarum annuum, majus, Zeylanicum Mimosæ foliis. *Onobrychis annua Zeylanica, Mimosæ foliis, siliquis articularis, asperis major H. L. Bat. Mimosa non spinosa, major, Zeylanica Domino Hermans Excellentissimi Domini Syen. Breyn. Cent.* 1. 52.

Hedysarum annuum, minus, Zeylanicum, Mimosæ foliis. *Onobrychis annua, Zeylanica, Mimosæ foliis, siliquis articularis, asperis, minor H. L. Bat.*

Hedysarum differt à Securidaca, fructus & seminis formâ: ab Ornithopodio siliquarum dispositione.

GENUS V.

Scorpioides. *Chenille.*

Tab. 216. SCORPIOIDES est plantæ genus, flore A, papilionaceo: ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, articulosam, Cochleæ aut Erucæ adinstar in se convolutam, in singulis articulis E F, semine fœtam G, ut plurimùm ovato H.

Scorpioidis species sunt

Scorpioides Buplevri folio C. B. Pin. 287. *Scorpioides prius Dod. Pempt.* 71.

Scorpioides Buplevri folio, corniculis asperis, magis in se contortis & convolutis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 127. *Scorpioides siliquâ Campoide, hispidâ J. B.* 2. 898.

Scorpioides siliquâ crassâ Boëlii Ger. Emac. App. 1627.

Scorpioides Buplevri folio, siliquis lenibus Park. Theat. 1117.

Scorpioides siliquâ cochleatâ & striatâ, Olyssiponensis H. R. Par. *Scorpioides siliquâ striatâ, minus hirsutâ Joncq. Hort.*

Scorpioides, à Scorpio, cujus caudam æmulari videtur fructus Scorpioidis.

SECTIO IV.

De Herbis, flore Papilionaceo, & foliis ternis.

GENUS I.

Lotus. *Lotier.*

Tab. 217. LOTUS est plantæ genus, flore A, papilionaceo, ex cujus calyce B, surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, E, F, G, interdum septis transversâ positis velut in loculamenta distinctam, seminibusque fœtam H I K, ut plurimùm subrotundis L M O. His notis addenda sunt folia terna quidem, sed ad pediculi exortum duabus alis N, ceu foliolis stipata.

Loti species sunt

Lotus sive Melilotus pentaphyllos, minor, glabra C. B. Pin. 332. *Lotus corniculata, glabra, minor J. B.* 2. 356. *Trifolium corniculatum*, 1. *Dod. Pempt.* 573.

Lotus pentaphyllos, minor, glabra, foliis longioribus & angustioribus H. Edinb.

Lotus corniculata, hirsuta, minor J. B. 2. 356.

Lotus pentaphyllos, minor, hirsutus, siliquâ angustissimâ C. B. Pin. 332. *Lotus corniculata, siliquis singularibus, vel binis, tenuis J. B.* 2. 356.

Lotus pentaphyllos, flore majore, luteo splendente C. B. Pin. 332. *Loti corniculatæ major species J. B.* 2. 355. *Trifolium corniculatum, tertium Dod. Pempt.* 574.

Lotus pentaphyllos, major, hirsutie candicans C. B. Pin. 332. *Melilotus alia in sylvestribus Cæsalp.* 244.

Lotus pentaphyllos, major, alter C. B. Pin. 332. *Lotus pentaphyllos, major & erectus Gesn.*

Lotus Pentaphyllos, frutescens, tenuissimis glabris foliis C. B. Pin. 332.

Lotus Hispanica, foliis maculatis C. B. Pin. 332.

Lotus πολυκλάδος, fruticosa, Cretica, argentea, siliquis longissimis, propendentibus, rectis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 176.

Lotus ὀλιγοκλάδος Cretica, lutea, siliquis longis, erectis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 175. *Melilotus quædam Cretica P. Alp. Exot.* 272.

Lotus pentaphyllos, siliquosus, villosus C. B. Pin. 332. *Trifolium album, rectum hirsutum valde J. B.* 2. 360. *Oxytriphyllum alterum Scribonii Herbariorum Lob. Icon.* 31.

Lotus hæmorrhoidalis, humilior & candidior.

Lotus villosus, altissimus, flore glomerato. *Trifolium rectum, Monspessulanum J. B.* 2. 359. *Lotus Lybica Dalechampii Lugd.* 509.

Lotus pratensis, siliquosus, luteus, major & durior C. B. Pin. 332. *Lotus pratensis, siliquosus Clus. Hist. ccxliiij.*

Lotus pratensis, siliquosus, luteus, minor & mollior C. B. Pin. 332. *Lotus siliquosa, lutea, Monspeliensis J. B.* 2. 359. *Lotus trifolia, pratensis, siliquosa Monspeliensium Lob. Icon.* 42.

Lotus maritima, lutea, siliquosa, folio pingui, glabro Bot. Monsp. *Lotus siliquosa, lutea, siliquis pinnatis, strictioribus & longioribus Raii Hist.* 967.

Lotus ruber, siliquâ angulosâ C. B. Pin. 332. *Lotus siliquosa, flore fusco, tetragonolobus J. B.* 2. 358. *Lotus siliquosus, rubello flore Clus. Hist. ccxliiij.*

Lotus pentaphyllos, siliquâ cornutâ C. B. Pin. 332. *Trifolium sive Lotus Hierazune, edulis, siliquosa J. B.* 2. 365. *Trifolium corniculatum, Creticum P. Alp. Exot.* 268.

Lotus siliquis Ornithopodii C. B. Pin. 332. *Lotus Ornithopodii siliquis J. B.* 2. 358. *Lotus peculiaris, siliquis Ornithopodii Cam. Hort. Tab. xxv.*

Lotus pentaphyllos, siliquis recurvis, pedes Corvinos referentibus C. B. Pin. 332. *Loto siliquosæ aliquo modo similis, Coronopus ex Codice Cæsareo J. B.* 2. 358. *Coronopus ex Codice Cæsareo Dod. Pempt.* 109.

Lotus maximus, Lusitanicus, luteus.

Lotus flore luteo, corniculis articulatis, Sicula Raii Hist. 970.

Ab eo genere excludendæ sunt plantæ sequentes. *Lotus hortensis, odora*

C. B. Pin. 331. quæ Meliloti species est. Lotus fruticosus, incanus, siliquosus C. B. Pin. 332. ad Cytisum referendus. Lotus pentaphyllos, vesicaria C. B. Pin. 332. ad Vulnerariam spectans.

GENUS II.

Trifolium. *Trefle.*

Tab. 228. TRIFOLIUM est plantæ genus, flore papilionaceo, vel papilionacei æmulo. Flos A, papilionaceus est, constat enim vexillo B, alis C, & carina D, ex calyce E, emergentibus, simul cum pistillo G, vaginâ suâ fimbriatâ F, obvoluto. Illud autem deinde abit in capsulam I, in calyce ipso H, reconditam & semine fœtam K, ut plurimùm reniformi L, per maturitatem arctè capsulæ adhærente.

Flos M, monopetalos est papilionacei æmulus: ex cujus calyce N, surgit pistillum O, quod deinde abit in capsulam Q, membranaceam V, in calyce P T, reconditam, semine fœtam R Z, ut plurimùm oblongo vel reniformi S Y, His notis addenda sunt folia terna * rarò quaterna aut quina, nisi in Quadrifolio, eidem pediculo insidentia.

Trifolii species sunt

Trifolium bitumen redolens C. B. Pin. 327. *Trifolium Asphaltites sive bituminosum, odoratum J. B. 2. 366. Trifolium bituminosum Dod. Pempt. 566.*

Trifolium pratense, flore monopetalo. *Trifolium pratense, purpureum C. B. Pin. 327. Trifolium purpureum, vulgare J. B. 2. 374. Trifolium pratense Tabern. Icon. 523.*

